

R A T I O
ATQVE INSTITVTIO
STVDIORVM
SOCIETATIS IESU.

A V C T O R I T A T E
Septimæ Congregationis generalis aucta:



ANTVERPIÆ,
Apud JOANNEM MEURSIUM.
M. DC. XXXV.
SUPERIORVM PERMISSV.

SVPERIORIBVS
SOCIETATIS.



TS I integer omnino
prodit Studiorum liber,
idem qui à multis an-
nis tanto ac tam diu-
turno labore à sex Pa-
tribus Deputatis confectus est, semel
atque iterum in Provinciis sedulo exa-
minatus, & experienciâ probatus, post-
que extremam manum adhibitam jussu
Quintæ Congregationis generalis an-
no MDIC. recusatus; tamen cum à Se-
ptima nuper Congregatione sancita es-
sent nonnulla, de variis præsertim No-
strorum in Philosophiæ Theologiæque
decursu examinibus, quæ suo loco inse-
renda erant in Regulas Provincialis;

RATIO ATQUE INSTITVTIO STVDIORVM SOCIETATIS IESV.

REGVLÆ PROVINCIALIS.

IVM ex primariis Societatis
Nostræ ministeriis unum sūt,
omnes disciplinas Instituto
nostro congruentes ita proxi-
mi tradere, ut inde ad Con-
ditoris ac Redemptoris nostri cognitionem
atque amorem excitentur; omni studio cu-
randum sibi putet Præpositus Provincialis, ut
tam multiplici scholarum nostrarum labori
fructus, quem gratia nostræ vocationis exigit,
abundè respondeat.

*Finis studio-
rum Societa-
tis.*

*p. 4. proæ. &
c. 12. §. 1. p.
10. §. 3.*

2 Proinde non solùm id Rectori valdè cõ-
mendet in Domino, sed ei etiam Præfectum
studiorum, vel Cancellarium adjungat, virum
in litteris egregiè versatum, qui & zelo bono,

*Præfectus
studior. gene-
ral.*

p. 4. c. 17. §. 2.